iudicaverint servis et ancillis suis et qualecumque ho-
mini liberto qui sint heredibus de hoc seculo de-
cessentur. et locis illorum legaliter ad nostrum factum
devenerit pertinentium :· Simulque concedimus
tibi supra predictos de aqua Salamandrine de predic-
ta via publica que pergit a porta vestra in ipso flu-
mine Sabbato accessu que tibi partes tempore debeat.
et quomodo vadit in predicto flumine. ut habeatis
per ipsos supradictos aquam de ipso molino cum
quod tibi predictam partes tempore debeat. absque le-
sione de ipsa via. ut sic ipsa aqua per ipsos supra
predictos decurrat. ut non faciatis in ipsa via
ut noceant hominibus qui per ipsam viam ambulant.
Et ut semper faciatis tu et tui heredes talem pon-
tem unde bene incedere possint tam Adelgisius et
alii homines et illorum heredes ad ipsam molinam
sua cum suis vaxhamentibus :· Hec autem omnia
que tibi concessimus. habeatis et possideatis sine
contradictione comitis gastaldei seu iudicibus
nostris vel cuiuscumque persone. et ut nullus de supradictis
omnibus inlusionis atque contrarietatis nobis
ingerere ullam molestiam presumat. sed per
cunctis temporibus tu prephate Drogo atque heredes
per hanc nostram concessionem illa omnia habeatis
et possideatis faciendi exinde quodcumque
volueritis :· Post vero hoc quod iubemus ut ab omnibus
immobiliter observetur. manu propria scripsimus